

B. M. 4, 133.
h. 24, 13.

(X1880702)



I. N. D. N. J. C.

DISCURSUS ACADEMICUS

De

**MODO APPEL-
LANDI AD CAMERAM
IMPERIALEM,**

Quem

PRÆSIDE

DN. JOH. STRAUCHIO, J. U. D.

& Jcto Serenissimorum Saxoniae Ducum,
nec non Celsissimi Principis DN. FERDINANDI ALBER-
TI DUCIS BRUNSVICENSIS ET LÜNEBURGENSIS &c.

Confiliario, Codicis, Novellarum, itemque Juris Publ. & Feudalis P. P.

Collegii Juridici Seniore, Curiae Provincialis atq; Scabina-
tus Assessore gravissimo, & h. t.

**DECANO SPECTABILI
PRÆCEPTORE SUO CUM
OBSEQUIO ET VENERATIO-
NE PERPETUA COLENDO**

Solenniter

Examinandum proponit

CHRISTOPHORUS BERTRAM,

Ultzâ Lüneburgicus

Autor Responsurus,

Ad d. 27. Maji Anno M DC LXXI.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISL.

DISCURSUS ACADEMICUS
MODUS APPRE-
HENDENDI CAMERAM
IMPERIALEM

DI. JOH. STURABACHIO, J. D.
& JO. SEBASTIANO STURABACHIO, D. D.



CHRISTOPHORUS
HISTORICUS





I. N. J.

Patroni, Venerandi, Mecœnates Colendi!

A Nimi ingenui esse putavi, Cui multum debeas ei plurimum velle debere: Quæ cum ita sunt pro declarandâ animi mei subjectione, quam Tanto Patronorum Principi, ut & Evergetis meis debeo, Debitorem me fisto, sublevatus & favorabili Competentiæ Beneficio, & obsequioso VOBIS inserviendi studio: Quapropter, de primo ad solvendum termino, ex asse mihi gratulor, oblaturus præsentem Ingenii partum peculiotenus profectum, quem tenerrimè fovere, hoc esse Clientem Vestrum ad nutum compositum, antiqua solduriorum Lege devinctum, Licet immerentem, plusquam indulgentissimè provehere, ne dedignemini: Hic terminus est, hic scopus, in quo summus felicitatis meæ gradus unicè est positus. Bono publico & Familiarum splendore, perennes usque vivite! *DEVS Vos servet! Valet, favete*

Cultori

devotissimo

religiosè

addictò

Christoph. Bertramo.

Ex hac Salana d. 2. 4.

Maji 1671.

TYmpana dum bombum bombumq;
iterumq; tremendum,

In Patriâ, trucis & militis arma tonant,
Dum vetus ignivomis quatitur Brunonia
cannis

Armaq; conclamat intus, & arma foris,
Dum tundunt summas mortaria martia
turre,

Aggeris & crustas ignis in astra jactat,
Agmina tu legum ducis, tu Cæsaris ur-
nam

Appellare doces, & quatis arma Dicæ.
Illa Hansam imbellem, & surdas fors
Cæsaris aures

Appellat, domini non benè sveta jugo.
Foedere tu legum frueris, tu Cæsaris æqui
Auspiciis potis es ponere bella fori,
O utinam sic arma manu deponere
promptè

Urbs antiqua, potens, relligiosa velit.

J. Strauchius, Præses.
QUOD



QVOD FELIX FAUSTUMQVE ESSE
JUBEAT DIVINA CLEMENTIA!

PRÆLUDIUM.



Ria esse summa Imperii Prætoria
ex quibus haudquaquam ultimum tenet Lo-
cum **Judicium Camerale**, puto apud
omnes in confesso esse: quot enim & quibus 2.
decoretur **elogiis hoc judicium**, id inter
alios non ineleganter demonstrat Famigeratissimus *B. Carpz.*
cum illud vocat **Summum Imperii justitiæque Tri-**
bunal *Jurisprud. for. 1.1.1.3.* Huc spectant *Venturae de Valent.* 3
verba, cum ait: **Camerale Judicium** esse perfectissimum
Justitiæ Lumen *Lib. 1. c. 16. n. 4. in partib. Litig.* Accedunt & ali- 4.
orum laudes *ut Spreng. in Jprud. publ. p. 52. Blarer. ad L. diffam.*
c. 4. n. 20. & in specie *Arumai Jcti & P. P.* in hac Salanâ quon-
dam Famigeratissimi *in Disc. 5. ad A. B. p. m. 252.* cujus verba
ita sonant: **Judicium hoc** est Columen & asylum colliti-
gantium oppressorum domesticæ disciplinæ, Legum, morum, to-
tius Reip. propugnaculum & incorruptissimum Judicium, Im-
perii Dicasterium, quod cum Nobilissimis **Galliæ, Hispa-**
niæ, Neapoleos Parliamentis certare possit: His addi
potest *Dan. Otto in Diss. d. I. P. Quæris encomii rationē?* 5.
offert nobis illam *Dn. Busch. in vita Bertoldi Archiepiscopi Mo-*
gunt. dum ait: In hoc Judicio vice **Sac. Cæs. Maj.** atque
Imperii de **Causis Statuum & Subditorum** gravissimis eò devo-
lutis

A

lutis

- litis cum sufficiente causæ cognitione, extra respectum personæ
6. judicatur: Et sanè verissimum hoc est, omnes siquidem gravissimæ causæ **ad Cam. Imp.** vel per simplicis querelæ, aut Appellationis viam, devolvuntur, ibique quam æquissimè & quantum fieri potest celerrimè expediuntur. Hic tantum venit
 7. **Materia ad Cam. Imp.** Appellandi, tractanda, cujus usus *arg. L. 1. ff. d. app.* tam frequens, tam necessarius, ut, qui pluribus id vellet probare, apparitoribus, non dicam ipsis Judiciorum Li-
 8. minibus deridendum sese exponeret. **De Frequentia** non est ut simus solliciti propter quotidiana rerum testimonia:
 9. **Necessitatis rationem** si desideres recurre ad Defensionem, cujus species Appellatio nostra videtur esse. Quam necessaria ergò sui Defensio tam utilis & inevitabilis est Appellatio:
 10. Et sanè si **Naturam & Rationem** adhibeamus,prehendimus oppressos iniquitate & inscitia judicis, auxilio superioris Magistratus esse sublevandos *Wesemb. in π. d. app. n. 6.* Hinc
 11. venustè ait *Menoch. conf. 761. n. 4.* Appellationem auferre, nihil aliud esse quam defensionem tollere: *add. Dn. Brunnem. ad*
 12. *L. 31. c. d. app. & conf.* Et **bone DEUS!** si Imperatoria Majestas Statuum suffragio hoc appellationis remediū in specie **ad Cam. Imperial.** spectans non indulfisset, quantis iniquitatibus & gravaminibus inferendis fenestra in primis inferioribus Judiciis aperta fuisset. Quæ cum ita sint quædam de hac tanquam nobili & cognitione digna appellationis **ad Camer.** materia nō quidem pro illius dignitate quæ uberrima & summa sed ingenii mei facultate quæ exigua & imbecillis, ex Academica Libertate viriculas meas, si quæ sint periclitandi gratia in has cōgessi pagellas, ubi si B. L. quædam scripta quidē, minus autem pulchrè dextreque perscripta invenies, mihi adhuc minus exercitato, imò nullum in casum edocto condonabis spero, quod sperare non possum, ad minimum tamen opto.
 14. Ut autem justo id fiat ordine sequentes constituam Disputationis Sectiones: **In I. itaque agam de Homon. Synon. Camer.**
- Appel-

Appellationis ejusque Origine, cum Definitione & Divisione. In II. monstrabo Personas quæ ad hoc Judicium appellare possunt vel non. In III. declarabo à Quo Judice appellari queat vel non. In IV. Explanaturus sum Materiam seu à quibus causis fit appellandum. In V. dicendum erit de Modo & Formâ. In VI. Ostendam Appellationis finem & effectum & ita b. cum D. Discursum finiam : Ut ne autem equo habenas in caudâ ponam, uti loqui ^{15.} amat *Waremund. ab Erenberg. Lib. 2. c. 1. n. 1.* Auxilium Domini nostri **JESU CHRISTI** suppliciter imploro

Nam :

*Nullius est felix conatus & utilis unquam
Consilium si non detque juvetque DEUS.*

SECTIO I.

De

Homonymia, Synon. Origine; Definitione & Divisione Camer. Appell.

Acturi itaque in posterum de Appellatione Camerali, antequam ad Definitionem Realem veniamus, præprimis nosse conducit secundum *pr. L. 1. ff. d. 1. & 1.* quidnam disjunctim significet hic Camera, & quid Appellatio:

De Significatione Camerae prius: Cum nimirum 2.

in Camera seu conclavi Judicia plurima (quædam sub dio habentur) instituantur, ab adjuncto Loci Camerae nomen quibusdam inditum videmus. Hinc vulgariter & ille ipse Lo-

cus, in quo **Judicium Imperiale** exercetur, Camera dicitur **Imperialis, die Cammer / die Kaiserl. Cammer:**

Propriè verò voce eâ illud ipsum Judicium in Imperio Ro- 3.
mano summū denotatur, quod inde **Camerale** quoque

A 2

Judi-

- Judicium** dicitur *das Cammer, Gericht* / It. *Imperii Camere*
4. *ra* quia *Causæ Imperii Civium* ibi disceptantur: Et in hâc acceptione quam *usus* probat abundè, nos quoque hic ubique eo vocabulo utimur :
 5. Aliter vox ea accipitur quando **Ærarium Imperii Camera** dicitur **Imperialis**, quidquid nimirum ad commodum Imperii pecuniarium pertinet *ut ait Bartol. in Rubr. c. d. jur. fisci n. 7. Einkommen so dem Reich zustans*
 6. **dig** / ubi obiter notandum, aliam esse **Cameram Imperialem** hoc modo acceptam, aliã **Cameram Imperatoris**.
 7. **Camera Imperialis**, uti jam dictum, est **ærarium Imperii** :
 8. **Camera Imperatoris** est **pecunia Principis** quidquid ad
 9. **patrimonium Principis** spectat. Cæterum **Originem Cameræ nostræ Imperialis** quod concernit, sciendum fundamenta ejus à **Maximiliano I. Rege Roman.** communi Statuum consensu Anno 1495. in Comitibus Wormatiensibus jacta esse: Et licet *Dn. Becker. in Syn. J. Publ. Imp. Rom. Germ. Lib. 2. c. 4. n. 9.* altius initia nostræ Cameræ quam à *d. A. 1495.* repetenda esse contra communem & receptam doctrinam putet, motus Statutis Coloniensibus Anno 1437. editis, quibus jam tum **Cameralis Judicii** mentionem fieri ait: Quia tamen nec verba Statutorum istorum refert, nec nobis ad manus sunt, ideò nihil de hâc re firmi statuere possumus.
 11. Et fortasse per **Cameram** intelligitur ibi **Consistorium Imperatoris** ut olim **Tribunal Romanorū Veterum Impp.** dicebatur: Meminit enim *Radvic. lib. 2. c. 5. de Friderico I.*
 12. **adhibitis in consilium Bulgaro, Martino, Jacobo**, planè eo modo, quo antiqui Imperatores consistorialium ministerio utebantur, causas subditorum audivisse.
 13. Fuit autem institutionis hęc origo & causa. Cum **Litigantes** olim non sine magnis impedimentis, jacturâque rei familiaris

miliaris Imperatorem, ejusque **Aulam, Hoff/Burg Land/Gerichte** pro impetranda justitia sequi tenerentur, de
coque Ordines sæpius conquesti essent, & Imperatores hujusmo- 14.
di controversiis decidendis Imperii negotiis impliciti, minus in-
cumbere possent, è re simul subditorum & Imperii esse, existi-
matum est, **Imperiale Prætorium** sub Camera nomine
instituere in quo vice Sac. Cæsar. Majest. atque Imperii de
Causis Statuum ac Subditorum cognosceretur: Busch.
in vitâ Bertoldi Archi-Episcopi Elect. Mogunt. Ea sc. fuit 15.
Judicii Cameralis instituendi ratio, ut molestiarum judi-
cialium mole Levarentur Imperatores, minimè verò ut jurisdic-
tione privarentur, prout aliqui putarunt.

Probè autem notandum, **illud judicium** primis tem- 16
poribus fuisse **ambulatorium**: Primam enim sedem,
habuit **Francofurti**, deindè **Wormatiam** vocatum,
abindè **Noribergam** migravit, posthac **Eslingam**, tan-
dem *Anno 1530.* in Comitibus Augustæ habitis ei **Civitatem** 17.
Spirensis pro Loco stabili assignatum Legimus in text.
R. A. zu Augspurg de Anno 1530. Darzu meinen und wollen
Wir ic. Inde non nisi ex prægnanti causâ cum consensu Im- 18.
peratoris ac Statuum transferendum esse statuit Jac. Blumius 7.
U. D. & Advoc. Cam. Imp. Celeberrimus in Proc. Cam. tit. IV. §. 16.
17. & seqq. Et quamvis in aliquibus Conventibus Universali- 19.
bus Germaniæ Anno 1648. & Anno 1654. habitis de **Judicii**
Cameralis translatione ad alium Universis Imperii Sta-
tibus commodiorem ac Personis Cameralibus tutiorem Locum
deliberatum sit, nondum tamen res decisa **R. A. 1654. §. Als**
auch bey den allgemeinen 167. ibi: **So befinden Wir /**
und mit uns Chur / Fürsten und Stände nach reifflicher
wolbedachtlicher Überlegung und Berathschlagung der
Sachen berührte translation noch zur Zeit nicht thunlich.

20. Tempore autem belli vel morbo contagioso ingruente, accedente Imperatoris & Statuum venia ad tempus transferri non prohibetur *C. G. O. p. 2. t. 34. B. 28. Anno 1570. §. dierevell denn auch 103.* Plura vid. in eleganti D. Blumii *Proc. Cam. cit. Loc.* Adi & alia Juris Publ. Scripta à quibus hic abstinendum.
21. Quod Appellationis vocabulum concernit, constat in jure
22. & apud Auctores varias habere significationes (1.) Sumitur pro vocare vel nominare *L. 1. ff. d. I. & I. pr. Inst. d. Testam. Ordin.* (2.) Denotat Debitorem de solutione interpellare *L. 16. d. fide-*
23. *juss.* Hinc etiam teste Ulpiano in *L. 17. §. 13. d. injur.* Est blan-
24. da oratione alicujus pudicitiam attentare: aliter iterum utitur Cic. hâc voce pro Cluentio, plures si placet vid. significationes in *Lexico Juris Spigeli.*
25. Tandê scopo nostro cōvenienter accipitur pro **Provocare** *L. 1. L. 3. §. fin. L. 8. ff. L. 2. C. b. t. L. 40. §. 1. ff. de pact. L. 27. π. d.*
26. *re judic.* Propriè autem in jure & hâc materia, sicuti & olim Romanis, sonuit, est **auxilium Superioris implorare**, ita dicimus illum appellare qui auxilium à Superiore adversus alterius inferioris Magistratus injuriam implorat *L. 1. circ. fin. ff. ex quib. caus. t. t. π. & C. d. app.* Quod probant hâc Ciceronis verba: Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Vos, vos appello, fortissimi Viri.
27. Terminis hisce simplicibus quodammodo explicatis, & relicta qf. Definitione nominali ad Realem me accingam: Et definitur **Appellatio nostra Cameralis**:
28. Quod sit ab inferiore judice gradatim facta ad **Cameram Imperialem**, propter justitiam denegatam vel protractam **Legitima provocatio**, ut sententia prius lata in melius reformetur:
29. Aliam nobis suppeditat **Interpres Appollon.** Quod sit n̄ με-
τάβασις δὲ πρὸ δίκης νεῖς εἰς δίκης ἡείον Cujac. in π. C. b. t. & in reci-
rat. sol. eod. Alias **Definitiones** propter evidentiam rei studio
omittimus.
- Defini-

Definitione considerata consideranda quoque venit Divi- 30.
sio: Dividitur autem Appellatio Cam. quod fit vel judicialis
vel Extrajudicialis *Dm. Blum. in P. C. t. 44. tb. 3. p. 325.* Illa 31.
est quæ interponitur à sentētia judicialiter pronunciata, & de hac
specie potissimum agemus: Hæc est quæ fit à decretis & Acti- 32.
bus extrajudicialibus *c. cum sit Romana s. c. bona memoria 57.*
extr. d. app. c. concertationi 8. d. app. Wesenb. in π. b. t. n. 6. Geil.
1. O. 120. v. gr. Ab Executione quoties Executor modum 33.
excedit *L. 5. C. quor. app. non recip.* à Decretis quibus alicui 34.
munera publica deferuntur *L. 21. §. fin. ff. L. 4. 7. 11. C. b. t.*
à Consultatione & Rescripto Principis *L. 1. §. 1. C.* 35.
2. b. t. 11. C. d. relation. Denique quotiescunque per- 36.
missum judicis officium extra Ordinem implo-
rare, etiam ab actu extrajudiciali injusto appellare licet *We-*
senb. in π. b. t. n. 8. quum imò etiam à Gravamine à parte 37.
extrajudicialiter illato vel inferendo interponitur *d. c. bona me-*
morie Wurmser. t. 24. Observ. 9. si v. c. Magistratus ratione ju- 38.
ris controversi inter Dominum & subditum spoliando gravat
subditum isque appellat, quæ provocatio impropriè appellatio
dici videtur, habens potius vim conventionis, undè etiam pro-
vocatio ad causam dicitur *d. c. cum sit Romana*, quæ non coram
Judice Appellationis sed Ordinario interponitur: Ideoque 39.
Status Imperii habens jus Austregarum ob hujus-
modi gravamen non in Camera, sed coram Austregis conveni-
endus, ne fraus fiat primæ instantiæ *Geil. 1. O. 120. n. 3. Becker in*
Syn. I. P. Lib. 3. c. 4. n. 6. circa fin. R. A. de Anno 94. §. Darum
setzen 20. Atque hic casus probè discernendus ab eo, quando 40.
Magistratus non ut pars, sed ut Ordinarius Judex in jurisdictio-
ne, sequestrando, mandando, mulctando gravat partem, tunc e-
nim æque ac in Judiciali Appellatione, neglecto Austregarum
privilegio ad Cameram appellatur, nullo sc. intermedio existen-
te judice *d. Recess. Imp. d. Anno 49. §. wenn aber Geil. d. l.*

SECTIO

SECTIO II.

De

Personis quæ ad Cameram appellare possunt vel non.

1. **M**erito de Personis quæ appellare possunt ad Cameram vel non, secundo agimus loco, monitore enim ipso Justiniano in §. fin. Inst. d. I. N. G. & C. Parum est jus nosse si Personæ, quarum causa jus constitutum est, ignorentur: Generaliter itaque sciendum **Omnibus regulariter** permissum appellare arg. L. 1. pr. L. 25. 20. 30. C. eod. Proinde etiam rectè **commune auxilium** vocatur, quo injustè per imprudentiam vel imperitiam malè judicantis judicis Læso succurritur L. 3. §. 1. π. rem.
2. *rat. hab. L. 1. pr. π. b. t. Wesenb. in parat. π. eod. n. 5.* Non verò calumniandi & judicium de industria extrahendi, siquidem non ad **Defensionem iniquitatis**, sed ad **Præsidium innocentia** constitutum est hoc remedium juxta *xxx. in cap. cum speciali 61. vers. porro b. t.* Eaque provocandi facultas non in arbitrio Judicis sed auctoritate juris sita est, quæ compellit judices tam Superiores quam Inferiores, nullam omninò interdictam respuere appellationem *Nov. 82. c. 12. N. 126. c. 3. N. 134. c. 3.*
3. Statuta in reluctantes **poena 30. Liberar. auri** L. 21. L. 24. C. b. t. *Marant. in aur. praxi part. 6. t. d. app. 399.* Hinc non facile **Statuto & Consuetudine** Appellatio ad Cameram impediti potest: Et licet ejusmodi Statuta extarent in quibusdam Germaniæ Locis, illa tamen à Camerâ non attenduntur *Geil. 1. O. 135. n. 12. add. Dn. Blum. t. 44. §. 6.*
4. Appellant igitur **Condemnati & Gravati** omnes dummodo specialiter non prohibeantur, etsi plures condemnati sunt separatim pluribus appellationibus opus est L. 10. pr. b. t.
5. Si verò una Sententia condemnantur plures Litium consortes, etiam si

etiam si unus tantum appellaverit victoriae emolumentum ad reliquos omnes pertinebit. *L. 2. c. si un. ex plur. app. L. 1. C. d. divers. rescript. Gail. 1. O. 126. n. 3.* In tantum quoque, ut, licet ille, 11.
qui appellat disertis verbis testetur se solum pro eo quod sua interest, non verò in commodum aliorum appellare: Nihilominus tamen hæc Appellatio reliquis, non attenda illa protestatione, profit, cum hoc ut appellatio & victoria unus ad reliquorum quoque emolumenta spectet, non autem consensu Appellantis, sed provisione Legis dependeat, cuius beneficium invito alius extorquere nequit *Hartm. Pistor. Lib. 1. q. 47. n. 11.* Hoc tamen 12.
ut alterius Appellatio alteri qui non provocavit, profit, ita demum probandum est si una eademque defensionis causa inter eos fuerit *L. 17. pr. L. 10. §. fin. π. b. t. L. 1. §. 2. C. si un. ex plur. Gail. d. l.* Nec Cæteri Consortes sententiam Latam comprobaverint, *arg. L. 6. π. b. t.* Iniquum enim judicat Ulpianus eum qui sententiam agnovit propter appellationem alterius obtinere. *L. 20. π. infim. b. t.* 13.
Quando verò approbasse intelligatur sententiam consors non Appellans declarat *Hartm. Pistor. qv. 47. n. 22. §. 23.* cumque ex dictis appareat Consortes appellatione interposita, jus quodam sibi quæsitum habere. *L. fin. C. b. t.* 14.
Transactio ab Appellante cum adversario inita, aliave renunciatio facta, invito illis nihil oberit quo minus appellationem interpositam persequi liceat: Suspensa siquidem semel sententia via aperta est omnibus, 15.
quorum interest, quibus velut raptis foribus ad appellationem proficere licet *Geil. 1. O. 122. n. 3.* nec poterit jus quæsitum facto alterius iis adimi *L. 11. L. 155. pr. ff. d. R. I.* nec res inter alios acta aliis præjudicet *L. 2. §. 3. C. res int. al. act.* 16.
Ex dictis consequitur, ut quemadmodum in unius consortis appellatio cæteris prodest, ita etiam **Tertius ratione interesse**, quod prius 17.
docere ad minimum femiplene debet *Gail. 1. O. 69. n. 4. §. O. 70. n. 23.* Appellationi ritè introductæ intervenire vel adherere eamque persequi poterit, idque propter causæ continentiam per ea quæ habet *Geil. 1. O. 122. n. 1. 2. §. 4. Hartm. tit. 5. Obs. 10. n. 1. §. 11.* Atque hoc de iis qui per sententiam inferioris condemnati ac principaliter gravati provocant, quibusque appellatio ab iis interposita proficit.

B

Præ-

18. Præterea etiam appellare possunt, **quorum** tantum, quocunque modo interest sententiam reformari et si eam non fuerint condemnati iidem. *L. 5. pr. π. b. t. L. 2. §. 1. π. quand.*
19. *app.* Veluti is qui per Procuratorem expertus victus, nec Procurator suo nomine appellat *L. 4. §. 2. π. b. t.*
20. It. Si Emtor de proprietate victus, eo cessante auctor ejus appellare poterit, aut si auctor agens victus sit Emtori appellandi facultas concedenda erit *L. 20. C. d. evict.*
21. Appellat etiam Creditor debitore ab aliquo victo aut pignore alteri adjudicato *L. 4. §. 4. π. b. t. L. 3. π. d. pign.* Interest enim illius ne debitor ex solutione aliorum nominum ad egestatem perveniat, quæ postmodum illius actionem reddere potest inanem.
22. Dominus etiam pro subditis appellare poterit si quando in præjudicium & injuriam illius res sit cessura *arg. §. 3. Inst. d. injur.* Puta si alius subditis collectam imponere aut ejus sub suam jurisdictionem trahere annitatur *Geil. 1. O. 125. & 126.* si verò alia tantum ratio intersit Domini, ut quia illi conducit locupletes habere subditos non admittitur ad appellandum sine mandato tam propter *§. 3. Inst. d. Satisdat. & L. qui proprio §. qui alium π. de Procurat.* quam quod jura nolunt partem adversario potentiori prægravari *L. 3. pr. π. d. alienat. judic. Geil. d. l.*
23. Porro alieno nomine cum ratione muneris suscepti tum interesse eorum non solum possunt appellare Tutores & Curatores nomine Minorum & pupillorum *L. 24. pr. π. b. t. L. 11. C. d. adminstr. tutor.*
24. Sed & in Causa Pupillari five minoris condemnati obstricti sunt appellare, modo justam causam foveant, appellationem insuper prosequi usque dum rationes redditæ fuerint *L. 27. b. t.* pendente vero appellatione si Pupilli vel Minores adoleverint aut veniam ætatis impetraverint à Tutore vel Curatore susceptam appellationem suo nomine prosequi illi non prohibentur *L. fin. π. b. t. L. 20. C. eod.* idque ad exemplum Domini Litis qui appellationem à Procuratore suo inter-

interpositam eo absente ipse exequi potest *L. 2. §. an per al. caus.*
app. L. 9. & 10. C. d. app. **Negotiorum** etiam gestor 25.
L. 24. ff. d. app. & **Procuratorem** appellare posse, manife-
sti juris est *L. 18. §. & L. 9. C. d. app.* An autem Succumbens 26.
Procurator obstrictus sit & invitus teneatur à sententia provoca-
re, appellationemque prosequi? quæstionis est: Quod si ad u- 27.
num actum datus sit v. gr. ad recipiendum Libellum vel ad au-
diendam sententiam, an teneatur frustra quærimus, cum appel-
lare minimè possit, siquidem ultra fines mandati progredi non
licet, & concessio uno, omnia alia prohibita censentur *ag. L. 5. pr. §.*
mand. Geil. 1. O. 190. n. 12. Generaliter verò seu ad totam causam
datus quin teneatur interponere cunctabile non est *L. 17. C. d.*
Proc. Ast de prosecutione magnoperè disceptant imprimis quo- 28.
ad Definitivam, ab interlocutoria enim ideò interpositæ appel-
lationis prosecutionem necessariam ducunt, quod ea ex prioribus
actis sit justificanda *per textum in Clement. appellantis d. app. cap.*
Cordi extr. cod. Definitiva autem novas admittit *L. per hanc* 29.
C. d. temporal. app. Verùm enim verò appellare etiam à De- 30.
finita eundem posse *arg. L. 9. C. de app.* & teneri, ratio svadet, si-
quidem & appellatio sub verbo agere comprehenditur, cumque
sententiæ primæ instantiæ appellatione suspensa atque rescissa
fuerit, lis peracta & consumpta dici nondum potest, ne Procurator
munere suscepto defunctus, quoniam tunc demum res peracta
dicitur, cum nihil superest agendum *L. pen. & ult. §. ad Sclum.*
Syllan. sunt præterea textus in *L. 17. C. d. Procur. L. 8. §. 8. §.*
mand. L. ult. §. an per al. caus. app. quos inducunt fusius hanc
assertionem probantes *Donell. L. 18. c. 16. ibique Hillig. tit. C.*
& D. cum seqq. Bachov. ad Treutl. part. 1. disp. 9. tb. 3. Lit. C. Geil.
1. O. 139. n. 9. & seqq. Hoc ipsum tamen ad causas saltim Civi- 31.
les non etiam Capitales restringendum videtur: Nonnunquam
etiam propter arctissimam **Conjunctionem**, quæ 32.
nobis condemnatum jungit alieno nomine appellamus, ita Ma-
tri rem filii everfam animadvertendi si pietate ducta voluerit,
provocare ei omnino licet *L. 1. §. 1. d. app. recip.* **Maritus** 33.
quoque ne **Fœminæ** in contumeliam pudoris matrimonialis in

- Judiciū irreverēter irruant, **pro Uxore** agere & appellare potest: quoad **Dotalia** quidem, non solum sine mandato, sed etiam Cautione de rato, nulla præstita, quia super iisdem proprio jure agit ceu Dominus, ita ut illarum nomine, sibi, non Uxori reivindicatio competat *L. 9. C. d. rei vind. Bachov. ad Treutl. disp. ult. tb. 2.* inutilem planè hujus quæstionis tractationem de marito autumat: Cum Mulier de rebus dotalibus agere nequeat:
35. **Idem de Paraphernalibus** dicendum, quod & eorum quoque Legitimus administrator sit Maritus *L. 8. §. fin. C. d. pact. convent.* Præter Paraphernalia si quæ habet, istorū ratione agens & Appellans **Maritus præstabit cautionem de rato**
37. per ea quæ tradit *Geil. 1. O. 133. n. 1. §. 5.* Num verò Uxor pro Marito appellare queat non immerito dubitare solet, cum Uxores à Maritis non Maritos ab Uxoribus defendi æquum visum sit Imperatori nostro Justiniano *in §. patitur inst. de injur.* atque alias Fœminæ in Judicio non nisi propriam causam agentes admittantur *L. 4. C. d. Procur. L. 2. c. Rep. jur.* Et vix **pro Liberis** *L. 1. §. 1. c. d. app. recip. & non nisi casu singulari pro Parentibus L. 41. c. de procur. quare extra causam Libertatis est carceris relaxandi Uxorem pro Marito agere vel appellare non posse per L. 3. §. 2. d. Liber. caus.* Consentit *Geil. 1. O. 133. n. 8.*
40. Egimus hætenus de iis qui possunt appellare: sequitur ut
41. & de iis qui appellare nequeunt, dispiciamus. Cujusmodi sunt primò **illi qui pacto renunciarunt appellationi** *L. fin. §. fin. C. d. tempor. §. repar. app. Geil. 1. O. 135. n. 10.* quod manifesta nititur ratione, cum nihil tam naturale sit quam pacta contrahentium servari, & quemlibet favori pro se introducto renunciare posse *L. 1. ff. L. fin. C. d. pact.* Atque hinc elucet diversitas pacti quo de jure tantum paciscentium agitur, & Statuti quod directo vergit in præjudicium superioris, cujus jurisdictio minuitur statuendo nemini ad superiorem provocare licere, quandoque in Casu factæ renunciationis non exerceatur Jus superioris superioritatem ejus non magis afficit, quam si quis sine renunciatione sententiæ primæ instantiæ acquieverit *Knich. d. Saxon.* non prov. jur. in verbo: **Jus c. 2. n. 74. §. seqq.** Contingit verò

verò renunciatio ejusmodi **vel expresse consensu** Liti-
gantium ut in *d. l. ult.* (an etiam si quis professus fuerit se à judi-
ce non provocaturum ! aff. per *L. 1. §. 3. ff. à quib. app. non Lic.*
Bachov. ad Treutl. Diss. ult. t. 3. Lit. B. & C. quamvis neget, *Ma-*
rant. d. app. n. 341.) vel saltim **præsumto** arg. *L. 6. §. 2. L. 18. 44.*
ff. mand. Ut si damnatus tempus interponendæ appellationis
præterlabi passus sit, aut quoque modo sententiam approbaverit
v. gr. petendo dilationem ad solvendum judicatum *L. 5. C. de*
re jud. **Transigendo** super judicatis *L. 40. §. 1. ff. de part. & c. 45.*
Deinde appellare non possunt **ob Contumaciam Da-** 46.
mnati *L. 1. C. quom. app. non recip. Geil. 1. O. 132.* Appellatio si-
quidem remedium est oppressorum, Contumax autem oppres-
sus non est, ut qui contemnit judicantis Imperium & jurisdic-
tionem *Marant. d. app. n. 284. & seqq.* Ubi quis verè contumax ex-
plicatur :

Quin **Confessus & Convictus** appellare neque- 47.
ant, dubium non est ullum propter *L. 2. quor. app. non recip.*
Num verò hocce duo conjunctim, requirantur an disjunctim, 48.
controversum est, Conflictus plura dabit.

Ulterius non possunt appellare qui privilegio inferioris ju- 49.
dicis vel J. Civili vel Camerali prohibentur: Ut sunt ex horum,
numero porrò quos propter **insigne delictum** puni-
ri publicè interest, ut sunt **Insignes Latrones Seditio-** 50.
num Concitatores, Duces factionum, quibus an-
numerant **Raptores Virginum,** nec non **Lælae Maj.**
& Perduellionis reos &c. Ultimò non appellatur post bi- 51.
nam provocationem, *L. 2. C. ne in un. ead. caus. bis app.*

SECTIO III.

De

*Judicibus à quibus Appellare
licet vel non.*

B 3

Ordi-

1. **O**rdinis exposcit ratio ut **Judices à Quibus** appellare licet
2. vel non consideremus: Et regulariter à **judicibus omnibus**
3. tam **Ordinariis Camerae** immediatè subjectis quam **Delegatis**
4. appellandi facultas est concessa, nisi singulari ratione id prohi-
5. beatur *arg. L. 10. L. 29. L. 35. L. 17. L. 32. C. b. t. Dn. Blüm, t. 55. §.*
6. *3. 4. 5. p. 409.* Stultum tamen est monente **Ulpiano L. 1. §. 1. ff. à**
7. *quib. app. non lic.* illud admonere **à Summo Principe** h. e.
8. **Imperatore** appellare non licere cum ipse sit qui provocatur
9. *Wesenb. in par. ff. b. t. n. 1.* ibique *Hahn. in not.* Ideò enim tantis
10. passim in **Legibus** decoratur **elogiis** ut *in L. 67. §. fin. & L. 87. §.*
11. *4. ff. d. Legat. 2. L. 8. in pr. d. Excusat. & vac. mun. L. 9. ad L.*
12. *Rhod. d. jact.* Ut ostendatur nil **Imperatore** majus, nil sublimius
13. in tota rerum **Universitate** exstare, & cum **sacrilegii** instar sit dis-
14. putare de **principali** **judicio** *L. 3. C. d. crim. sacr.* utique de **Prin-**
15. **cipe** provocare non licebit; Undè & **à Summo Principe**
16. seu **Imperatore** malè informato ad melius informandum,
17. appellari nullo modo posse statuimus *Geil. 1. O. 155. Reinking. 1.*
18. *cl. 5. 9. Becker. in Syn. 7. P. Lib. 2. c. 4. §. 7.* Contra naturam e-
19. nim **appellationis** est à **Superiori** tanquam **Capite Reip.** ad infe-
20. riorem procedere *n. 23. c. 4. §. illo 2.* Nam dignitatum gradibus
21. vix annumerandus videtur, cum sit dignitatum **culmen** & **apex**
22. *Castald. d. Imp. quest. 3. Steph. Lib. 2. d. Jurisdic. p. 1. n. 3. &*
23. *9.* Nec obstant verba **Recess. Imp. zu Augspurg** de Anno 1500.
24. **R. A. zu Worms d. A. 1527.** Ubi **Imperator** dicitur **Imperii** mi-
25. nister, qui **juramento** fidelitatis præstito huic obstringitur **und**
26. **ist dem Reiche mit Pflichten verwandt**: **Resolutionem**,
27. suppeditat *Dn. Sutor. in tract. d. non evoc. tb. 11. p. m. 19. it. Job.*
28. *Erasm. Seiffart in Disc. ad 7. P. d. St. S. R. I. tb. 11.* plura discursus
29. dabit: Manet ergò verum ab **Imperatore** ut **Imp. ad Imperium**
30. appellari non posse: Nisi contra **justitiæ puncta** & **Leges** fun-
31. damentales quæ **jurato** promisit & confirmavit, procedat, ut da-
32. mnum indè emergens spectet immediatè ad **publicum Imperii**
33. detrimentum *Dn. D. Bechman, in Comm. ad A. B. Ex. 6. p. 165. n.*
34. *65. in fin.* Et quamvis insuper **Imperator** aliquando in **Camera**
35. citatus **conventusque** reperiatur, id tamen cum hoc moderamine

acci-

accipiendum nempe Imperatorem tunc conveniri tanquam Ar- 14.
chi Ducem Austriae vel alium Imperii Principem, tunc enim ip-
se sibi mandasse legitur hisce verbis: **Wir Carl Römischer** 15.
Keyser entbieten dir Carl Erz Herzog zu Oestreich/
quod absurdum videri non debet, cum separatorum separata ra-
tio vid. *Buxtorff. in Diff. ad A. B. c. 5. concl. 64. circa fin. add. Be-*
ckeri Syn. J. P. L. 3. c. 4. §. 17. p. 156.

Malè itaque **Canonistæ** ab Imperatore ad Pon- 16.
tificem appellari posse autumant: **Legistæ** verò rectè id
negant profundamento tenent, quod Imperator non habeat Pon-
tificem superiorem, licet Canonistæ dicant quod post Adventum
Christi in carnem Regna & Imperia cœperint esse Christi, &
& post Adfensionem ipsius Vicarii *Panorm. c. 1. n. 3. d. probat.*
Ubi communem hanc sentiam dicit, sed non ἀνευπροδύνης: Quà 17.
verò poenâ is fuit affectus qui inconsideratè olim à Camerâ ad
Pontificem appellavit id videre licet ex erudito isto *tr. J. P. Dan.*
Otto. c. 11. p. m. 551. conf. Ott. Frising. d. reb. gest. Friderici. Præter- 18.
ea ab iis qui constituunt **Auditorium Principis**, utpote à 19.
Proceribus S. Palatii *L. 34. L. 37. C. d. app. à Senatu* 20.
l. 1. §. 1. à quib. app. **Præfectis Prætorio** non appellatur
L. 1. §. ff. d. off. præf. prætor. L. un. C. d. sent. præf. prætor. Quod 21.
privilegium indultum etiam **Electoibus** tanquam **Pro-**
ceribus Imperii tam **Ecclesiasticis** quam **Secularibus**
A. B. c. 11. cui tamen juri per contrarium usum & spontaneam
conventionem **Electores Ecclesiastici** nec non **Palatinus**, renun-
ciarunt, quamvis **certe summa** intra quam appellatio pro-
hibita peculiari postmodum privilegio ab Imperatoribus sta-
tuta reperiat: Ex illis autem, **Secularibus Elect.** qui ab 22.
antiquo **Jus de non appellando** retinuerunt
Præcellit tota domus **Electoris Saxonica** vi *A. B. t. 11.* 23.
von der Chur Fürsten Freyheit etc. idque non tantum exer-
cuerunt **Succeffores Electorum** sed & extensum, est in-
super

24. super ad alios Duces Saxonicae familiae, adeo ut subditi eorum citati neququam comparere teneantur extra suorum Principum Territorium *Knich. d. Saxon. non provoc. jur. d. l. n. 23. B. Arumma, ad A. B. in Disc. Acad. s. tb. 11. Buxtorff. Dissert. ad*
25. *A. B. concl. 94.* quod privilegium renovatum in novissimo Imperii Recessu 1654. s. **Drittens &c.** **Causas** autem horum privilegiorum *B. Carpz. sex* potissimum recenset *in Diss. d. privil. Ducum Saxon.* ad quem brevitatis causa B. L. remittimus.
26. Parile etiam Privilegium habet **Serenissimus Elector Brandenb.** quatenus **Electo**r, ad caeteros vero **Marchiones** non extenditur *Bocer. class. 6. disp. 34. tb. 35.* Dissentit
27. *Petr. Heigius qu. 4. num. 32.* putans **Electorem Sereniss.** quondam hoc Privilegium amisisse & deinde à Rudolpho II. ob singularem concessionem postea denuo recuperasse, id quod diferte repugnat verbis **Rudolphi II.** Anno 1586. quo tempore **Renovationem** petiit uti apparet ex verbis Privilegii: **Über hundert und mehr Jahr und also weit über Menschen gedencfen / eingeführet hergebracht / und behalten worden / daß niemand von der Chur / Fürsten von Brandenburg Urtheil / Decreten etc. zu appelliren Macht habe etc.** *Conf. Limn. Lib. 3. c. 10. n. 12. & Dn. Bechmann. ad tit. 11. A. B. p. 167.*
28. Simili quoque privilegio gaudet **Electo**r Bavariensis *vid.*
29. *Roding. Lib. 1. t. 20. p. 275.* Quamvis enim olim subditis **Electo**ratus Bavariae appellare licuerit, si summa aureos 100. excederet,
30. **hodie** tamen ab illorum **Electo**rum sententiis, non datur appellatio ulla: Quod Privilegium **Maximilianus Sereniss. Bavariae Electo**r ab **Imperatore Ferdin. II.** glor. memor. recuperavit.
31. Insuper probè notandum quod non solum **Electo**res sed etiam **alii Principes & Status Imperii** hoc benefici-
um

um de non appellando habeant tamen ut supra dictum **Limi-**
tativè. Plenius de hac re consule *Dn. Siruv.* eruditè differen-
tem *adh. t. d. app. add. Dn. Blüm. Roding. ff. Camer. Lib. 1. t. 20.*
p. m. 273.

Sed ne ignarus sim ex parte **Privilegiorum Serenis-** 32.
simorum Ducum Brunsvicensium & Lune-
burgensium, quæ præ aliis mihi ut **CIVI** scitu magnope-
rè necessaria aliquando erunt, idcirco sciendum quod appellatio
ad Cameram Imperialem, quondam Brunsvicen-
sibus subditis Wolffenbüttelschen Theils interdicta fue-
rit, nisi causæ valor excefferat summam 300. floren. Rhen, vigo-
re Privilegii Imperatoris **Ferdinandi I.** Imperatoris Anno
1562. die 30. Octobr. Hodiè verò hoc privilegium est extensum à
Ferdinando III. & concessum Friderico, Augusto, 33.
& Christiano Ludovico Ducibus Brunsvic. &
Luneburg. ad 2000. flor. in auro uff die drey Fürstenthü-
mer / Zelle / Wolffenbüttel / und Calenberg / Anno 1648. d.
24. Novembr. per verba privilegii. **Meinen setzen und wollen** 34.
wir / daß nun hinfüro in Ewigkeit niemand / was Wür-
dens / Stand oder Wesens der sey / von Keinen bey / oder
End. Urtheilen / Erkänntnissen oder Decreten / so in Ihr.
21. 26. und dero Nachkommen Herzogen zu Brauns-
schweig und Lüneburg Rath / Stuben oder Hoffgericht
desselbigen Fürstenthums / Braunschweig / Lüneburg /
Zellisch / Wolffenbüttelisch / und Calenbergischen Theils
und deren einverliebten Landen ausgesprochen und eröf-
net worden / in Sachen da die Klage und Haupt / Sache
(quod notandum) **wann sie Gerichtlich eingeführet wird /**
nicht über 2000. Goldgülden Haupt Summa (9. Gold-
gülden zu 10. Rht. gerechnet) sondern darunter werth
were 20. weder an unsern noch unsern Nachkommen am
Reiche Käyser noch Königlichen Hoffrath / noch Cam-
mer

mer Gericht im Heil. Reiche nicht appelliren/ suppliciren/
noch reduciren/ solle noch möge ic.

35. Cæterum ulterius quoque à Judice & Judicio Aulico
von des Heil. Reichs Hoffrath non licitum est appellare:
36. Quemadmodum enim neque à Camera ad Aulicum, ita neque
ab Aulico ad Cameram appellari potest, concurrentem
enim inter se illa duo Judicia habent Jurisdictio-
37. nem, quod qui negant omni ratione Politica destituuntur: E-
videntissimorum verò argumentorum loco sit illud Imperii E-
lectoris Saxoniae testimonium, qui in Comitibus Electoralibus
Fuldæ, Anno 1608. celebratis Palatinis Judicii hujus potestatem
38. disputantibus in hunc modum per suos respondit *Jhr. Chur
Fürstl. Gnaden wolten oder könten die Keyserl. Majest.
ihre habende und hergebrachte Jurisdiction nicht disputi-
ren lassen ic.* Et paulo post: *Das Ihre Maj. Camera die Ju-
isdictionem privativè gegeben / könte man mit Bestand
behaupten / hätte also præventio Stadt / und Cæsar
concurrentem jurisdictionem cum Camera &c.*
39. Ut ut verò in hisce Judiciis à neutro ad alterum appellari possit,
40. Revisio tamen Actorum Camerae peti potest: Quod
41. Rotwilense attinet Judicium, quin de illo ad Cameram
appellari possit, nullum est dubium, non enim omnium Circu-
lorum personis jus dicit, sed tantum quatuor, nempe Svecici,
Austriaci, Rhenani & Franconici.
42. Ultimo tandem à Judicio Austregarum etiam illæ
Causæ, quæ illuc pertinent per Appellationem ad Camerae,
devolvi possunt ut expresse cavetur in Ordin. Cam. p. 2. tit. 6.
43. num autem & quomodo Austregæ, Camerae Im-
perialis & Aulici jud. constringant jurisdictionem videbimus
44. in conflictu. Interim consule *Schubartum de Austreg. c. 2. n. 58.
cum seqq.* Ubi etiam *Paurmeisteri* opinio aliàs contraria recense-
tur & examinatur,

SECTIO

SECTIO IV.

A Quibus causis ad Cameram appellare licet vel non.

Pergimus nunc ad Causas quæ per Appellationem ad Ca-
 meram possunt devolvi vel non, & primò quidem videbi-
 mus de iis à quibus prohibitum appellare, illis perspectis per se
 patebit à quibus permissum erit: Nequaquam ergo huc perti-
 nent **Causæ Criminales** quibus de pœnâ corporis inflicti-
 va agitur. Als da sind peinliche Sachen so Leibstraffe
 auff ihnen tragen C. G. O. p. 2. t. 28. §. It. Nachdem: Nec
 obstat Actio injuriarum ad Palinodiam quæ Criminalis dicitur
 & pœnam honoris privativam infert *Marant. part. 4. disp. 1. n. 10.*
 quam Camera rectè admittit: Resp. non intelligimus iudicium
 Criminale strictissimè sumptum pro Capitali i. e. privatione
 vitæ humanæ, sed eatenus quatenus agitur ad pœnam pecuniari-
 am honori maculam inferentem. Explicationem clariorem,
 reddit *Nobil. Dn. Bläm. in Broc. Cam. t. 43. §. 2. 3. 5. 6. & 7.* Ubi
 ad Geil. argumenta ex quibus actionem ad Palinodiam, civilem
 statuit *O. 65. n. 5.* eruditè respondet & suam sententiam iuterponit.

Causæ verò Fractæ pacis publicæ in Ord. Cam.
p. 1. tit. 50. & **Personæ Camerales** in Ord. *d. p. 1. t. 49.*
 nominatim excipiuntur ita ut Camera super causa fractæ pacis &
 criminibus Personarum Cameralium (hoc casu tamen executio-
 ne **Civitati Spirensi** relicta) cognoscere possit.

Nec Camera cognoscit de **Crimine Adulteri**
 quo ad separationem thori *Myns. cons. 43. n. 34.* **Nec de cri-**
mine Hæreseos cuius cognitionem remittit *Decian. in pr.*
Crim. L. 5. c. 25. & seqq. ad **Synedria Ecclesiastica:**

Excipiuntur tamen sequentia in quibus appellatio ad Ca-
 meram

meram procedit. (1.) Si non de Crimine principaliter sed de Judiciis competentia disputetur *Mind. c. 9. n. 5.* (2.) Si dubitetur an **Causa** sit criminalis. Et (3.) denique **Delicta Fiscalia** :

10. Nec ad **Cameram Imp.** pertinere videntur **Causæ Matrimoniales** tanquam **Spirituales**, quod cum additamento intelligendum num quæstio vertatur de ipsa Matrimonii substantiâ vinculo scilicet jure & viribus ejus, aut non, sed tantum de **judicio possessorio** ad repossendam Uxorem: Ideoque quando in **Cam.** quæstio præjudicialis incidere solet ratione substantialium matrimonii, tunc remittitur causa cum omnibus incidentibus quæstionibus ad **Competentem Judicem Ecclesiasticum**; ita factum in **Cam.** Anno 31. 30. Septembr. in causa **Paalen** contra **Zumpetsch** & Anno 1559. 19. Martii in causa **Abbatis de Limburg** contra **Joh. Walborn.** Et ita etiam quæstio quædam incidens matrimonialis ad
12. **Consistorium Rostochiense**, ubi ventilari cœpta fuit in **Camera** remissa est, *Meischn. Dec. 20. in fin.* & non ita pridem in causa ardua incidens punctus **Legitimitatis** in **Camera** ad **Judicem Competentem Ecclesiasticum** remissus 28. Septembr. Anno 1651.
13. Ubi ita pronunciatum: **Wollen und mögen ermelte Kläger an gebührenden Oertern der von der beklagten Parteyen in Actis angezogenen Exception sich / wie Recht / entscheiden / daß solches gehört werde / und ferner darauff ergehen soll was recht ist / wie dann dieser Punct dahin verwiesen / und die Haupt-Sache bis zu erörterung desselben**
14. **an diesen Käyserl. Cammer Gericht eingestellet**: Ex capite tamen nullitatis in **Causis matrimonialibus** processus, decretos ut puta **Citationem, Compulsoriales & Inhibitiones** constat, ut in causa **Seyen / contra Seyen** 7. Augusti Anno 92. refertur
15. *all. Meischn.* Similiter per **implorationem brachii secularis** quandoque ad **Cameram** devenitur & mandata executorialia sine clausula aliquando decreta in causa matrimoniali lata sententia à **Judice & officiali Monasteriensi** 17. Augusti. Anno 81. **Anna von der R. contra B, von T. zum B. Andr. Gail. 1. O. 115.**

O. 115. generaliter tradit, Cæterum quid de magna & ardua quæ- 17.
stione; Si enim **Status Imperii** Augustan. Confessionis in 18.
Causis matrimonialibus inter se Lites habeant & jure expediri
velint, ad quemnam Judicem illæ pertineant, statuendum, vide-
bimus in discursu.

Eadem ratio est **Causis Decimarum & jure Pa-** 19.
tronatus à quibus in **Judicio petitorio ad Camera**
non est appellandum quia enim ibi quæritur an Decimæ debe-
antur, ideò ad forum Ecclesiasticum pertinent *Geil. 1. O. 38. n. 1.* 20.
2. 3. & seqq. Mynsing. cent. 5. O. 10. Umm. disp. 4. tb. 13. & ita an-
numerantur Spiritualibus: **Aliter** autem se res habet, in ju- 21.
dicio Possessorio, quia possessorium in rebus Spiritualibus
non est Sirituale sed temporale, & quæritur de facto, an quis pos-
sideat *Geil. 1. O. 112. n. 17. Arnold. Engebr. d. jurid. concl. 121. Lit. b.*

Insuper **nec Camera** judicare potest **de Feudis** 22.
Imperii Regalem dignitatem annexam habentibus vulgo
Sahn/Lehen It. **Scepter/Lehen** 2. *Feud. 25.* de quibus Prin-
cipes sunt investiti, uti memorat *Dan. Otto c. 11. p. 363.* quæ solus 23.
Imperator adhibitis Aulæ suæ Consiliariis, exclusa ut dictum,
Camera & paribus Curia sibi reservavit *A. B. c. 5. §. 1. Seiffart. in*
Disc. 2. ad I. P. tb. 24. Id quod disertè cautum reperitur *in Or-*
din. p. 2. tb. 7. **Ob auch Sachen fürsielen Fürstenthum /** 24.
Hertzogthum / Graffschafften &c. **belangend / so von dem**
Heiligen Römischen Reich zu Lehen rühren / in quibus cau- 25.
lis Imperator judex competens dicitur *Geil. Obs. 1. Lib. 1. n. 31. 32.*

Aliter autem se res habet si lis sit **de rebus singularibus** 26.
veluti Castris, Oppidis, Villis in Principatu vel Comitatu sitis de
quibus Camera rectè cognoscit testante *Schrad. & Dn. Reinking.*
Inde nunc apparet Regalium investiturarum renovationes à so- 27.
lo Imperatore petendas & impetrandas esse in tantum ut tem-
pore vacantia **S. R. I. Vicarii** de illis feudis neminem possint
investire : Tutius tamen uti ait *Dan. Otto in Disc. I. P. p. 360.* & 28.
consultius videtur esse, si Imperator hoc faciat **cum consilio**

- Statuum** quoniam illa res maximi momenti est negotium:
29. Quid verò de more Imperii vetusto sit sentiendum id testatur
Sürsten/Recht/ vigore cuius Imperator, **in Sachen so eines
 Sürsten Leib / Ehr / und Lehen/schafft betreffen / nicht/**
 nisi parilis conditionis Assertionibus judicare potest *Wurmser.*
30. *Ex. I. P. 7. qv. 19.* Plures causas à quibus per Exceptionem
ad Cameram appellari potest *vid. ap. Blum. in Proc. Cam.
 tit. 46. tb. 69. usque ad fin.*

S E C T I O V.

De

Forma & modo Appellandi.

1. **P**ergimus nunc ad **Formam & Modum** appellatio-
 nis, qui accidit quando quis per Decretum seu factum Ma-
 gistratus aut per sententiam Judicis Inferioris læsus vel gravatus
 ad Cameram (observato tamen Judicio & Judice intermedio
L. 1. §. 3. ff. h. t. Nov. 23. c. 4. Wesenb. in π. ff. b. t. n. 9.) appellat:
2. hisce verbis: **Appello ad Cæsarem** vel **ad Cameram**
3. **Imp.** seu ad **Judicium** competens: Ubi venit notan-
 dum, quod ipsum verbum **Appello** non semper opus sit ex-
 primere, sed sufficit dicere: **Provoco gravatus, sub-**
mitto me protectioni superioris *vid. Geil. 1. O. 2. n. 4.*
4. modo solennia & requisita cætera rectè observentur *Geil. eod. Loc.*
5. ratio est quia ubi ad certum actum explicandum verborum so-
 lennitas non est præscripta, sufficit exprimere conceptum & ef-
 fectum rei licet non exprimantur propria verba actui illi con-
 formia *Geil. d. L.* Ex his nunc fluit Appellationes fieri vel
6. **Viva voce** vel **in Scriptis** *L. 5. §. fin. b. t.* Illa fit **stante**
7. **pede** apud **Acta** Judice adhuc in **Judicio** præsentem *L. 2. C. b.*
8. *t. conf.*

l. conf. Berlich. p. 1. concl. 50. §. 67. Hæc verò fit in Scriptis, 9.
quando appellatio instituitur adhibitis duobus testibus coram
Notar. Publ. qui **intra decendium** requisitus in fidem
appellationis instrumentum conficit: *Dn. Bechm. in Comm. ad ff.*
Ex. 12. O. Pract. 1. §. 113. B. Dn. Ungepaür. ad decret. p. 310. §. 14.
Quid autem juris tam de jure Justiniano & Camerali, si nempe 10.
schedula appellationis intra decem dies Judici non fit
insinuata, id satis perspicuè sæpè al *Dn. Blum. in P. C. demonstrat*
tit. 48. §. 15. 16. Myns. cent. 2. O. 22. Quid verò fit statuendum 11.
de quinque Casibus exceptis, à quibus non nisi in scri-
ptis appellari potest, videbimus in discursu.

Requiritur autem **ad Formam** (uti sæpè monitum) 12.
ut appellatio fiat gradatim non per saltum *Geil. L. 1. O.*
119. i. e. ad Judicem proximè superiorem: Quod tamen fallit (1.)
Si Judex sit suspectus *Myns. Lib. 1. O. 67.* (2.) Si aperte Justitiam 13.
denegaverit *C. p. 2. t. 23. pr.* (3.) Aut si Judex ex Legitimis causis
esse non possit vel nolit (4.) Si denique Consuetudo extaret ap-
pellandi omisso medio Judice, tunc ejusmodi appellatio in his
Casibus expressis ad Cameram procedit. *Blum. d. t.*

Deinde requiritur **ut summa Litis fit appellabilis**: 14.
In exordio quidem Judicii Cameralis à quacunque summa ap-
pellari potuit, nisi aliquod privilegium obstabat *Anno 1521. con.* 15.
stitutum verò ut summa appellabilis esset 150. flor. C. G. O. de
Anno 1521. art. 24. Deinde hæc summa ascendit ad *150. flor. R.*
N. de Anno 1570. §. als wir den 66. quæ summa anno 1600. du-
plicata est facta *300. flor. Dep. Absch. de anno 1600. §. wie wol*
nun. Et hæc *Anno 1654.* secunda vice duplicata auctaque ad
600. flor. seu 4.00. Imperiales R. N. de anno 1654. Vierdtens
sohl die Sâmma 112. Si igitur summa non est appellabilis appel-
latio non recipitur.

Considerata summa appellabili tenetur ulterius appellans 16.
juramentum Calumniæ, præstare & **cautionem**
de expensis, in casu succumbentiæ offerre, *da auch gleich*
die

- die Hauptsache über 2000. flor. werth wehre / so soll doch einem jeden Appellanten zuvor und ehe seine appellation deferiret auferleget werden **Der Eid Calumniæ** oder für Gefährde / vor dem Richter voriger Instantz, daß er glaube eine rechtfertige Sache zu haben / und nicht appellire im Gemüthe und Meinung die Sache durch seine appellation auffzuhalten / sondern in Hoffnung und Zuversicht besser Recht zu erlangen / als die in erster Instantz gesprochene Urtheil mit sich bringen thäte / und dann auch solcher Appellant schuldig seine Caution und Versicherung zu thun / und er der appellation fellig erkant würde / dem Appellanten seine auffgelauffene Expensen und Unkosten zu refundiren **C. G. O. p. 3. t. 38. circ. fin.** A quibus nunc hoc juramentum sit præstandum id venustè ostendit *Auctor.*
17. *Pand. Cam. Roding. Lib. 1. t. 26. p. 339.* Et quomodo is qui frivole appellavit fit puniendus tradit eleganter *Geil. 1. O. 152. n. 7. 8. 9. add. Nobiliss. Dn. Blum. cit. Loc. B. Carpzov. Dec. 240. n. 18.*
18. Ad Formam Appellationis denique spectat Fatale appellationis, quod est certum spatium temporis appellationi statuti:
19. Est verò istud Fatale vel appellationis interponendæ vel proseguendæ: Quod **Introducendæ appellationis** concernit fatale est illud primum **tempus decendii** quod strictissime observandum, ne sententia in rem judicatam transeat, & appellatio pro deserta habeatur *Geil. 1. O. 139. n. 2.* Olim quidem biduum in propriâ causâ, triduum in aliena erat *L. 6. §. 5. C. b. L. 20. §. 1. b. t. L. 1. §. 15. ff. quand. app.* Hodiè tamen ut diximus est constitutum **decendium** quod à Judice inferiori neque
20. constringi neq; dilatarî potest **C. G. O. p. 2. t. 32. §. 1.** Exindè consideratè faciunt **Notarii** qui nò solum diem sed etiam horam in Instrumento apponunt ut ritè & rectè cognoscatur num decendium elapsum sit nec ne, *Dn. Bechman. in Comm. ad ff. b. t.* Limitatur autem illud tempus si quis in Carcere, custodiaque sit positus vel longe absens, aut ob aliud justum impedimentum prohibeatur, tunc æquum justumque est ut his alterum decendium à tempore facultatis indulgeatur *Mindan. c. 8. n. 15.*
- Fatale

Fatale Prosequendæ Appellationis est tempus 26.
intra quod appellatio interposita ad finem perducitur debet: Nam
prosequi appellationem nihil aliud est, quam eam non deserere,
sed ad finem perducere: Circa Fatale autem prosequen- 27.
dæ Appellationis propriè sumptum præcipuè consideran-
dum Tempus (1.) petendorum Apostolorum
(2.) Insinuandæ (3.) Introducendæ & (4.) Fini-
endæ Appellationis.

Quod concernit Fatale Apostolorum, sciendum, 28.
est quod peti debeant à Judice à Quo h. e. Judice infe-
riore intra XXX. dies qui currunt à tempore Latæ sententiæ
L. 24. C. b. t. & quidem Instanter, instantius, instan-
tissime *Dn. Strauch. Patron. ac Prac. m. summa animi obser-*
vantia colendus in Diff. Jur. Justin. 27. apb. 10. Dn. Struv. in Synt.
J. C. b. t. add. Dn. Bechm. omni quoque honore devener. in
Comm. ad ff. b. t. Obs. Pract. 1. Et ita Judex Apostolos dare te- 29.
netur aut mulctatur L. 24. C. b. t. Et quamquam de J. Civili hæc
adeo vera sint ut necessario intra XXX. dies petendi sint,
de J. Camerali tamen Libero Appellantis arbitrio reli- 30.
ctum est num eos petere velit nec ne cui sententiæ adstipulatur,
Geil. 1. O. 139. sub fin. Cum dicit: Appellationem in Camera
recipiendam esse, etiamsi Apostoli non sint petiti *Myns. c. 4. O. 36.* 31.
U cent. 3. O. 22. Wurmsfer. d. app. t. 24. O. 23. Species autem A- 32.
postolorum plures recensentur, vel enim sunt Reverentiales
L. 6. §. 3. C. d. app. vel Testimoniales *Meyer. in Coll. argent.*
b. t. n. §. vel Dimissoriales L. un. ff. b. vel Refutatorii:
Formulas & Definitiones B. L. habere potest *apud. Petr. Termin.*
proc. c. 230.

Fatale insinuandæ Appellationis est tempus 33.
4. mensium à die interpositæ appellationis proximum.

D

X. 2.

- X. 2. 1654. §. So dann soll:** Cum enim fatale introducendæ Appellationis sit 6. Mensium duo verò menses à Citatione insinuata Reo ad necessariam deliberationem ac productionem suarum exceptionem superstites manere debeant, **Insinuatio**
34. **Processuū Appellationis** necessario intra **4. menses** fieri debet, idque iterum sub præjudicio desertionis.
35. **Introducendæ appellationis Fatale** est certum spatium aliquot mensium à die interpositæ appellationis proximum, intra quod Appellans Processus Appellationis à Camera impetratos Reoq; insinuatos in eadem Camera
36. ra reproducere cogitur: Estq; illud duplex **Legis & Hominis** de qua divisione uberius tractat *Dn. Blum. in Proc. Cam. t. 49. lb. 23. 24. & 25.*
37. Ultimò **Appellationis Finiendæ Fatale** est annus de J. Civili, & ex Legitima causa **biennium** *Geil. 1. O. 141. pr.*
38. **Camera** autem id non observat ob multitudinem
39. **causarum** *Geil. 1. O. 141.* Si tamen hujusmodi tempora coram inferioribus Judicibus non sint servata appellatio in Camera tanquam deserta non recipitur, sed **ad Judicem à Quo**
40. pro executione remittitur, quod diligenter est observandum, quia in Camera judicatur **secundum Jus commune** etiam quoad solennitates coram Judicibus inferioribus non servatas, tametsi ubique ferè locorum in Judiciis horum Fatalium,
41. nulla ratio habeatur: Quoniam verò iis in Locis ubi Jus commune adhuc servatur raro intra annum aut biennium, causæ Appellationum propter impedimenta Judicum finiri possunt, ideò communis practica observat ut Procuratores coram Judicibus
42. non semel sed pluries de sua diligentia protestentur *Geil. d. l. n. 8. & 9.*
43. Advertendum quoque quod hodiè **Requisitio Actorum inter Fatalia** simul numeretur *O. C. p. 2. t. 31. pr. Roding.*

ding. ff. Cam. Lib. 1. t. 25. & 32. Et non sufficit acta requirere 44.
intra XXX. dies, verum Judex tenetur integra *b. e.* non mutila
nec manca, cum inserto Mandato, edere.

SECTIO VI.

De

Fine & Effectu.

TAndem Finis & effectus hujus appellationis est anne- 1.
ctendus, qui est ut sententiæ iniquitas vel impe-
ritia judicantium superioris diligētia corrigatur
L. 1. pr. d. app. L. 2. à quib. app. conf. Ostermann, Synt. jur. Cam.
P. 4. Et hoc quidem quoad Intentionem Appellan- 2.
tium qui semper hac spe Lactantur fore ut meliorem merean-
tur sententiam *Ulpian. L. 11. ff. d. app.* Cæterum ipso actu justæ 3.
interdum sententiæ subvertuntur, nec utique melius pronunciat
qui novissimam fert sententiam *L. 1. in pr. b. t.*

Effectus est quod per Appellationem quoad futurum 4.
statum & litis exitum suspendatur prior sententia *L. 32. §. 3. C. b. t.*
L. 32. C. d. transact. Gail. 1. O. 144. n. 1. Wesenb. in parat. ff. b. t. n.
10. Blum. in sepè all. Proc. Cam. t. 52. n. 8. quod si ergò appellatum 5.
fit, aut appellationis tempus nondum effluxerit transigi adhuc
potest *L. 7. ff. d. transact. L. 35. C. eod.* Nectantum suspendit 6.
appellatio sententiam sed habito respectu ad præsentem statum,
extingvit pronunciatum condemnationis *L. 1. §. fin. ad Sctum*
Turpell. atque ita Judicium constringit, ut ea interposita non 7.
possit procedere ulterius ad aliquem actum in illa causa *L. 1. ff.*
d. t. L. 3. C. d. app. Appellans quoque à Jurisdictione Judicis 8.
à quo statim eximitur per Appellationem isque censetur à
tempore interpositæ appellationis Judex incompetens *Geil. 1. O.*
144. n. 1. Proinde pendente Appellatione nihil innovandum 9.
L. un. ff. nihil innov. Multo minus sententiæ executioni man- 10.
dari

- dari potest, quandoquidem aliàs absque effectu esset Appellatio; si dum ille litigat in secunda instantia, **Judex à Quo** executionem institueret, adeò, ut si quid innovatum attentatumque fuerit, omninò rescindi debeat: Hæc ita, si à **Definitivâ** appellatum fuit, secus si ab **Interlocutoriâ**, tunc enim **Judex à Quo** procedere, non obstante appellatione potest, usque dum inhibitiò à Superiore facta fuerit, & à tempore interpositæ Appellationis omnes actus judiciales perficere potest, non citata parte adhuc appellante, quoniam tum appellatio habetur pro
13. **Contumacia**: Postquam verò **Judex ad Quem** appellationi detulerit, & eam justam pronunciaverit, post interpositam, appellationem attentata omnia invalidantur *Marant. part. 6. d. app. num. 171.* Hunc etiam Effectum sortitur Appellatio quod causam reducit ad tempus Litis contest. *L. 14. §. 8. ff. d. bon. Libere. Blum. d. 1.* Unde illæ Exceptiones quarum post L. C. interpositio recepta est, in prosecutione appellationis rectè opponuntur, ut peremptoriæ non etiam dilatoriæ, quas ante Litem magis contestatam opponere oportet *Wesemb. in parat. ff. d. 1.* Ex eadem quoque ratione novos Articulos condere Appellanti, dummodo prioribus nondum planè contrarios efformaverit, & **non allegata allegare, non probata probare,** novis etiam adductis testibus & Documentis uti licet *L. 4. C. d. tempor. & reparat. app. Geil. 1. O. 122. n. 3.* Hæc pro ratione temporis & instituti nostri **de Appellatione Camerali dicta sufficiant.**

DEO SIT LAUS ET GLORIA.



VI-

VIRO JUVENI
NOBILI & POLITISSIMO
DN. CHRISTOPHORO BERTRAMO,

Jurium Cultori ut maximè strenuo, ita insigniter felici,
Fautori, Amico & Commilitoni suo dilectissimo,
Cum is

Suorum in Jure Publico profectuum luculentum specimen,

DISSERTATIONEM
De Modo Appellandi ad Cam. Imp.
à se elaboratam

Cum plausu Studiosæ Juventutis ederet

A Stræ, BERTRAME, Decus, Te certa Cathedræ
Gloria, Te Famæ carmina dextra manent.
festinantissimus faciebat

Georg. Goezius Moral. P. P.
Fac. Phil. h. t. Decanus.

Nobili atque Clarissimo

DN. CHRISTOPHORO BERTRAMO,

Sunt sua jura piis manet illa protervia doctos
Ult contendentem multa, sed atra juvent:
Appellare licet, concedo, sed alma Loquentem
Te Themis appellat, gratulor! ecce Virum.
Infucata amicitia contestanda
gratia scribeb.

J. G. Simon D.

E

AD

AD Cameram si quis velit appellare, revolvens
hasce tuas *Bertrame* theses, certo ordine discet
ferre gradus, facillique viam reperire labore,
quam docte monstrans Laudemque decusque mereris!

*Per Exim. atque Præstantissimo Disputationis
hujus Autori, inquilino & Commensali
suo honoratissimo,*

**Christophorus Schrumpff/ Curia
Saxon. Jenæ Protonotar.**

DUM CAMERAM adpellas, adpellas Themidos arcem
Si porò adpelles, premia magna feres.

Ita

*Solidè & clare Docto DN. BERTRAM, animitus
vovet Eundemq, ob Ingenii alacritatem,
Vitaq, probitatem merito suo collaudat*

Daniel Beyer.

AD Cameram magnæ Themidos, Clarissime *Bertrams*
Appellas felix : Laus tua magna manet.

*Hæc paucula in sinceri affectus argumentum, candi-
daq, amicitia documentum, fideique constantis
monumentum Clarissimo Dn. Auctori, Fautori
& Amico suo ex paucis desideratissimo gratulæ
labundus apposuit*

Christianus Biel Lüneb.

Mein

MEin Tityrus und ich erzehleten zusammen
Wie nun Salana sey wie dieser / der und der /
Und jener / so beherzt in seiner Schlacht sich wehr /
Und endlich / daß Appel' werd' alles überflammen

Was? (Steng Mercurius zu mir und jenen an)
Ists möglich! kan man dann gegebenes Recht zerstören?
So soll die Venus selbst der Pallas Schönheit ehren?
Nur Schade / daß man das nur künfftig lesen kan /
Wohlan! Da slog Er hin in seines Vaters Garten
Und sagte: Phöbus schweigt / Ihr Schwestern haltet ein /
Dann heute müssen wir von neuen Hörer seyn /
Herr Bertram der erhält des rechten Rechtes Artten.

Mit diesem wenigen wolte seinem günstigen
Freunde glückwünschend auffwarten

Joh. Henr. de Busch Mind. Gvestph.

Discensere diu Pimplei Numina montis,
Nec poterant uno concordia vivere voto
Præmia cum Præses persolvi digna juberet
BERTRAMO ob specimen summa cum Laude peractum
Adstitit alma Themis, furtimque per omnia mentem
Advertens, sacro tandem sic ore locuta est:
Parcite Sicelides! Vos cura fatigat inanis,
Vis mihi concessa est tribuendi præmia juris,
Credite, ne Æo domi (nostri gestamen Alumni
Hoc erit) Arabia mollem bombyce corollam.

*In honorem Præ-Eximii atque Doctissimi Dni. Auctoris
Conterranei & Amici sui certissimi hac apposuit*

Johannes Pape Lüneburgensis.

Letzt mit der Sonnen-Hecht wil sich Herr Bertram wagen
Weit höher anzugehn / und will dahin sich tragen
Wo Pallas hat ihr Zelt: die schöne Zungen-Kunst
Ist Ihm beliebt gemacht. Drum in recht heißer Brunst
Lauffe

9A
TK
3472
Laufft Er den Berg hinnan; Er will den Pinclis zwingen
Mit Phoebus um die Welt durch dicke Nebel dringen.

Er zeigt den rechten Ort/da man das Recht recht spricht/
Er schreibt die rechte Art/ daran es oft gebracht.

So steigt der Fleiß empor / und will durch nette Schriften/
Hingehn ins blaue Feld hoch an der Sternen/Trifften.

Die zeit verjüngt sich izt/ das lenz-beglänzte Jahr
Zu zieren ist bedacht der Auen Blumen-Haar.

Er gleichfals Blüten bringt zuvor/eh von den Stammen
Die Frucht man samlet ein; So wird es denn zusammen

Im Herbst bey Ihm seyn/die Blüte die sein Fleiß
Wird tragen samt der Frucht/ das ist der Lorber-Reiß.

Mit diesen schlechten Seilen haben gegen dem Herrn
Autore als ihren angenehmen Mitgliede ihre
Schuldigkeit damit sie demselben verpflich-
tet/ablegen wollen

Des (Tit.) Herrn Protonotario sämtliche
Tischgesellschaft

Postquam, quæ *Labeo*, quæ *Scavola* jure Periti
Cum *Cajo Paulus*, rigidi servator honesti
Tradunt, id summo *Bertramum* ardore legisse,
Sponte *Salana Themis* jubilans testatur abundè
Quid quæro testes? hoc dissertatio docta
Comprobat *Autoris*, sistens statuta modumque
Suppetias rei quærendi *Camera Imperialis*
Euge bonum factum! quod dignum laude secundet
Omnipotens DEUS, ex animi penetralibus opto.

Ego Otto de Estorff Eques Lünenburgicus.

Scandis cum plausu Juris *Bertrame* Cathedram
Et *Camera* tractas, Imperiale forum
Hinc non tardabit Jus compensare Laborem,
Fulgens donabit mox diadema Tibi.

Ita ex animo sentit

Friderich Otto Merrettich Equ. Luneb.

F I N I S.

N
V
7

